



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reveren-||dissimi In Chri-||sto Patris Et Domini, Domi||ni  
Hermannii sanctæ Colonien[sis]. ecclesiæ Archiepiscopi,  
Principis || Electoris, Westphaliæ & Angariæ Ducis &c.  
Iurisdictio-||nis ...**

**Hermann <V., Köln, Erzbischof>**

**Coloniæ, 1529**

**VD16 ZV 26551**

De Procuratore Fisci.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30917**

S T A T V T A

# DE FISCALIBVS

Fiscales statuta domini Theoderici, aliorumq; nostrorū prædecessorum obseruent. Processum in contradictorio iudicio, non nisi de consilio Aduocati Fisci incipiant, quo etiam frequenter vtantur, ne ex incuria processus nullitatis argui contingat:

# DE CAETERIS AD- V O C A T I S.

- I. Clientes non instruant ad tegendam vel occultandam veritatem.
- II. Quod si aliqua per incuriam vel ignorantiam, vel alias non admittentia temere subscriperint aut eorum uitio pars propter commissam nullitatem in institutione actionis succumbat, teneantur parti lœse ad refusionem expensarū, & refectionem damni, & seruent statutum Roperti ultimum.
- III. Causas commissas post præsentationem Actorum infra duos menses, sub pena restitutionis sportularum expediant, nisi grauitas causæ Officiali significanda aliud desideret.

IV. Aduocati & Procuratores pauperibus paupertatem iuramento affirmantibus, gratis inseruent: quod si plures pauperum causæ occurrant, eas Officialis inter Aduocatos & Procuratores distribuat, ne vnu plus alijs grauetur. Volumus etiam, quod quibuslibet litigantibus, justas tamen causas habentibus contra quoslibet, cuiuscunque etiam status & dignitatis sint, requisiuti fideliter inseruire teneantur.

# DE PROCVRATO- R I B V S.

- I. Quod se non intromittant de his quæ pertinent ad Aduocatos, confi- ciendo libellos, articulos, & alias materias iudicialiter exhibendas.

Nullam